



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De  
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

LI. Quare sanctorum numero sociatus nondum sit dignè glorificatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

folatio destituere : quamuis eam , dum vixit , de suo transfuderit in dominium sanctæ DEI GENITRICIS MARIÆ.

L. Quod etiam translator animaduertens , reduxit eum in Eptaticum , miraculo<sup>a</sup> inleuitatis conuerso in miraculum , illatumque Oratorio , quod prænotatus miserabilis presbyter nefanda pollutione profanauerat. & ideo sanctum corpus extulerat, & imposuerat vas lapideo, cuius vsus accommodatus fuerat baptismo, super quo illud altare constructum dedicans , totam domum debita purificatione sanctificauit.

*a hoc est, ponderositatis, seu grauitatis.*

LI. Itaq; sanctorum numero sociatus B. Præsul VVicterpus, utpote sub altari, secundum Apocalypsin B. Iohannis Euangelistæ, Martyrum CHRISTI collocatus, propter exilitatem tamen loci, & imperitiam sacerdotij, nondum dignè est glorificatus. Quidam enim nec depositionis eius diem hætenus agnouerunt , cum apertè legatur in vita S. Magni, quod obierit in quarta decima diè Kalendarum Maij.

*Apocal. 6.*

LII. Ex hac imperitia, vel incuria processisse puto, quod Hartmannus presbyter Eptatici, idemque Præpositus apud Augustam Canonicorum S. Mauritij, sacrilegium non timuit in libris B. VVicterpi committere; vnde eum & lumen oculorum contigit amittere. Verùm de hoc magna DEI miseratio, magnumque meritum S. Pontificis enituit : quod quamuis alienata volumina nec restituere, nec recompensare valuisset; cum ex corde pœnitenti, & oculis lacrymosis DEO, suoque Confessori supplicando satisfecisset, præsentem Herluca visum recepit, & gratias egit.

LIII. Quadam etiam vice corripuit ipsam *Herlucam* B. VVicterpus in visione, eo quod naturalem infirmitatem,